Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

tam quod pro situ cursu inter cicladas na
vigans, hinc inde clamantium de urbibus
et vicis et ad littora concurrentium immun
dorum spirituum voces audierunt. Ingressus
ergo paphum urbem cypri nobilem carmi
nibus poetarum, que frequenter terre motu
lapsa nunc ruinarum tantum vestigiis quid
olim fuit ostendit. in secundo ab urbe mi
liario habitabat ignobilis, gaudens
quod paucis diebus quietus viveret. Verum
non plene xx transierunt dies, cum per omnem
illam insulam quicumque immundos habebant
spiritus, clamare ceperunt venisse hila
rionem servum christi, et ad eum debere prope
re. Hoc salomina hoc curium hoc lapithe
urbes reliquae conclamabant. plerisque
asserentibus scire se quidem hilarionem
et verum illum esse famulum dei. sed ubi esset
ignoraret. Intra triginta igitur nec mul
to amplius dies, cc milia ferme tam
viri quam mulieres ad eum congregata sunt.
Quos cum vidisset, dolens quod se non pate
rentur quiescere. et quodammodo in ultionem sui
insevientes. tanta eos orationum instantia
flagellavit ut quidam statim liberarentur,
alii post biduum triduumve. omnes vero intra
unam ebdomadam curarentur. Manens ita
que ibidem biennio et semper de fuga cogitans,
esychium ad se venire dispensans. et palesti
nam misit ob salutationem fratrum et mo
nasterii sui cineres invisendos. Qui cum
revertisset, cupienti rursum ad egiptum
navigare. hoc est ad ea loca que vocantur
bucholia. eo quod nullus ibi christianorum esset
sed barbara et ferox natio. suasit ma
gis ut in insula ipsa ad secretiorem locum
secederet. Quem cum diu lustrans omnia
repperisset, perduxit eum xii milibus a ma
ri procul inter secretos asperosque montes
et quo vix reptando manibus genibusque

possit ascendi. Qui introgressus contemplatus
quidem est terribilem valde et remotum
locum, arboribusque hinc inde circumdatum. ha
bentem etiam aquas de supercilio collis ir
riguas, et hortulum peramenum et pome
ria plurima, quorum fructum in cibo sump
sit. Sed antiquissimi iuxta templi ru
inam ut ipse referebat. et eius discipuli te
stabantur tam innumerabilium per noctem et
diem demonum voces resonabant
ut exercitum crederes. Quod ille valde de
lectatus quod scilicet antagonistas ha
beret in proximo. habitavit ibi per
annos quinque. et sepe invisente se esychi
o in hoc extremo iam vite sue tempore re
focillatus est. quod propter asperitatem difficul
tatemque loci et umbrarum ut ferebatur, vul
gi multitudine nullus aut rarus ad
se posset vel auderet ascendere. Qua
dam autem die egressus hortulum, vidit
toto corpore paraliticum iacentem ante fores,
interrogavitque esychium quis nam esset
vel quomodo fuisset adductus. Qui respondens
ait procuratorem fuisse ville. ad cuius ius
hortulus quoque in quo ipsi erant pertinet.
Et ille collacrimans tendensque ad iacentem
manum. tibi inquit dico in nomine domini ihesu
christi surge et ambula. Mira velocitas,
ut adhuc verba in ore loquentis vol
verentur. etiam membra solidata ad stan
dum hominem subrigebant. Quod post
quam auditum est. etiam difficultatem loci
iter invium plurimorum vicit necessitas,
nichil per circuitum cunctis villis observan
tibus quam ne quomodo laberetur. Dissemi
naverat hoc autem vel demon ordine diu
eum in eodem loco manere non posse. quod ille
non levitate quadam aut puerili sensu
motus faciebat. sed honorem fugiens
et importunitatem, semper silentium et vitam